

XIV, 55.

~~45~~

4, 97.

3278

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000



CHR. FUNCCI M.

Freib.

COMMENTATIO

de

BIBLIOTHECIS,

ad

VIRUM CL.

DAVIDEM SCHIRMERUM,

AMICUM,

Sereniss. Electori Saxon.

â

BIBLIOTHECA Aulica,

cui

de novâ hac Spartâ

gratulatur,

&

Romulidum illud

ET

acclamabat

FREIBERGAE,

ANNO MDCLX.

LAIB
HO
ern,
xonia
no 5
T
entem
ecar.



CL. VIRO
 DN. DAVIDI SCHIRMERO,
 Serenisf. Electori Sax. à Bibliothecâ
 Aulicâ,
 Amico Opt. Max.

ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΙ!

Moniti Tui Vir CL: & promissi mei memor
 mitto tandem gratulatorium illud, quod dudum
 in votis habui, utinam ad salivam movendam quadra-
 ret! Equidem in hortulum Philologiae horis subsisivis
 migrare libuit, ibidemq; aliquot flosculos decerpere,
 qui non minus antiquitatem sapiunt, quam odoran-
 tur. Inde enata mihi, quam vides, commentatio par-
 ergica de Bibliothecis. Typis publicis num digna ha-
 beatur, Tuum est judicare, meum est veniam petere, ne
 vitio veritas, quod in nimis amplum descenderim cam-
 pum, atq; iusto longius filum Geometricum diduxerim,
 mensuram excedens. Quod si (avertat tamen præ-
 textata tua Pallas) luce hac indignæ tibi videantur,
 vel nimis sumptuose hæ pagellæ, Vulcano tradas eas,
 ne æternam videant lucem. Interim Deus te sospitet,
 atq; ratum efficiat votum, quod Coronidis locò addere
 involuit, ita debui. Vale Amicorum ocellæ, & perge
 curare

Raptum Freib. Anno 1656.

1. Apr.

T. T.

M. Christianum Funccium.

COMMENTATIONIS
de
BIBLIOTHECIS
SUMMARIUM.

Luxus Romanorum. Luxus Neronis, Aëlii Veri, Asinii Cel. Tigellii, Curionis, Cinna, Milonis, Apicii. Luxus aliorum populorum. Quid Aegyptiorum Reges impulerit ad Pyramides extruendas. Fit transitio ad Bibliothecas. Bibliotheca extruenda plaga. Bibliotheca Moysis & Esdra; Bibliotheca Hierosol. Bibliotheca Osymandua Aegyptiorum Regis. Bibliotheca Aegyptiaca. Homerus falso plagii accusatus. Bibliotheca Pergamena. Pergamenum, membranae genus, unde Pergamenum materia voluminis gemini Legis, à Rege describi soliti. Judaeorum hac in re superstitio notatur. Bibliotheca Susiana. Bibliotheca Graeca Pisistrati. Bibliotheca Alexandrina Ptolomaei. Ejus studium quotidie ad augendi Bibliothecam. Bibliotheca Palatina Augusti. Eiusdem Octavia. Capitolina. Bibliotheca, Tiberii, Trajani, Vespasiana. Ulpia. Ad

Commentat.

thermas cur translata. Bibliotheca privata, Aristotelis, Asinii Pollionis, Luculli, Plinii Secundi. Bibliotheca secessuum. Bibliotheca Julii Martialis. Bibliotheca Christiana. Hierosolymitana Alexandri. Casariensis Jul. Africani. Bibliotheca Constantini. Constantinopolitana Theodosii Jun. Bibliotheca Caroli M. Vaticana. Veneta. Londinensis. Heidelbergensis. Bibliotheca Serenis. nostri Elect. Sax. Ejus gemina inscriptio, Græca altera, altera Latina. Prytaneium. Phiditium. Grammatici olim à Bibliothecis. Bibliothecarii Bibliotheca Alexandrina, Julia, Palatina. Bona verba dicuntur. Favere linguis quid sit. Concluditur Epigr. notivo.

Miramur, VIR CL. vel magis detestamur gravem ac foedum Veterum luxum & prodigalitatem in vestibus, in supellectile, in ædibus, in conviviiis, in comestationibus, & similibus rebus inanibus ac frivolis: Exemplum enim hujus luxus habemus clarissimum in magna illa & augusta gentium Domina Roma, id quod JO. MEURSIO *Singularem de Luxu Romanorum peperit Libellum*.

Nero

de Bibliothecis.

Nero perſæpe unô punctô plus quadringen-
tis ſeſtertiis perdidit, SVETONIO teſte. *Æ-*
tius Verus Imp. duodecim convivis dedit cœ-
nam, ſexagies centenſ millibus ſeſtertiis
inſtructam, ut refert SABELLIC. l. v. *Ennead.*
vii. *Aſinius Ceter* muſſum unum ſeptem
millibus nummum emit, ut MACROB. indi-
cat. *Tigelius* quinque diebus prodigere po-
terat ſorenorum quinquaginta millia; eam
enim ſummam faciunt *decies centena* apud
HORAT.

— *decies centena dedisſes*

Huic parco paucis contento, quinque diebus

Nil erat in loculis.

Curio filius conſlaverat æris alieni ſeſtertiùm
ſexcenties, ſive tres milliones, ut eſt apud VA-
BER. MAX. l. IX. c. I. *Cinnam* quendam irri-
det MARTIAL. quòd annò non integrò de-
coxiffet ſeſtertiùm octuagies, h. e. ſorenorum
quadringenta millia.

Bis quartum decies non totò tabuit annò;

Dic mihi, non eſt hoc, Cinna, perire citò?

Milo autore PLINIO l. XXXVI. c. xv. præter am-
pliſſimum patrimonium conſumptum, de-

a s

buie

Commentat.

buit æris alieni *sestertiûm septingenties*, h. e. tres milliones cum semisse. *SENECA Conso- lat. ad Helv. c. x. Apicium* refert dissipasse *sestertiûm nongenties*, h. e. milliones quatuor cum semisse. Atque luxus hic & aliarum fuit gentium. Sanè quæri cœpit apud Scrip- tores, quid *Ægyptiorum Reges impulerit ad Pyramides, sumptuosas illas moles, extruendas?* *SALMUTH in comment. ad P. I. Panciroll. Tit. xxxii.* in immortalis famæ gloriam extru- ctas scribit: Cum enim viam universæ car- nis sibi quoque ingrediendam cernerent, ex magnificis hujusmodi structuris nominis immortalitatem secuturam sibi polliceban- tur. *LUDOVIC. DEMON. in Gall. Rom. Hosp. P. I. apud DALECHAMP. sup. Plin. l. xxxvi. c. xii.* tradit extructas Pyramides in anni Symbolum, quem, ut secundum gradus So- lis in cœlo, ita & secundum gradus Pyrami- dum in solo metiebantur. *PIER. l. xl. Hie- rogl.* in animæ immortalis testimonium vult extructas, ut testarentur, corpore solutò, a- nimam supereffe. *BELLON. l. ii. obs. c. xlii. & xlviii.* in sepulturæ honorem extructas ce- lebrat

lebrat Pyramides, cujus studiosissimi erant Ægyptii, corpora hūmana ab elementis absumi nefas esse censentes. Ideoque, ut ad æternitatem perdurarent, condiebant ea, conditaque subingentes Pyramides in locis arenosis condebant. Verūm nos cum PLINIO *l. xxxvi. c. xii.* dicimus, in pecuniæ erogandę vanam stultamque ostentationem extractas fuisse Pyramides, ne Successoribus, pecuniam præter modum relinquentes, insidiandi sibi causam præberent. Vides ingenium in luxum intentum, & tot perdendarum opum modos. Quod si hujus sumptus vel tertiam partem convertissent in BIBLIOTHECAS, quam memoriam sibi hoc pacto apud omnes bonos comparassent. Neq; tamen à primis mundi seculis defuerunt, qui non minorem operam, studium, ac curam in BIBLIOTHECIS dedicandis, comparandis, & exornandis adhibuerunt, quas quidem, veræ eruditionis seminaria, ad orientem collocandas vult VITRUV. *l. vi. Architect. c. vii.* quia si ad occidentem vel meridiem spectent, ab humore & tineis facilè vi-

eian-

Commentat.

tiantur. CAMERAR. fanè *Horar. subciv.*
Cent. III. c. LXXII. notat *BIBLIOTHECAM PRI-*
MAM à *Moyse*, & *ALTERAM* ab *Esdrâ* constru-
ctam esse: Hic enim omninò post captivi-
tatem Babylonicam non modò ipsius Moy-
sis & Prophetarum libros restituisse, eosq;
in ordinem redegitur, sed et, septua-
ginta doctissimorum Virorum consiliò ac-
ope, Cabbalam secretiorum mysteriorum
in libros transtulit, quos quidem diligentis-
simè in *Hierosolymitanâ Bibliothecâ sacrâ* à
Judæis conservatos *Picus* tradit. In qua e-
tiam, præter *Annales*, in quibus singularum
tribuum genealogiæ & gesta descripta habe-
bantur, *Rabbinorum* libri continebantur,
qui post *Esdrâ* varia in *Scripturam* *Com-*
mentaria ediderant, unde & *Talmud* con-
fectum tradit *HOSPINIAN. de Orig. Templ. l.*
III. c. VI. quod est *de Orig. Biblioth.* Et *MID-*
DENDORP. l. II. Academ. refert, inde *Pamphi-*
lum Martyrem, ut primus in *Sacræ Biblio-*
thecæ studiò æquaret *Pisistratum*, præci-
puam partem *Bibliothecæ Casariensis* deprom-
sisse, *Eusebium* verò plurima in suam *Ec-*
cle-

clesiasticam Historiam transtulisse. JUST.
LIPSIUS *Syntagm. de Biblioth. c. 1. Osymandua,*
cujusdam Regis Ægyptii, meminit, qui pri-
mus Regum illustrem habuerit *Bibliothecam,*
inter cujus opera præclara illum struxisse
Sacram Bibliothecam, & in eius fronte præ-
scripsisse, *ἡ βιβλιοθήκη τοῦ Ὀσυσμάνου,* aperit DIODOR. l. 1.
Indeq; in Ægypto Bibliothecas semper ali-
quas extitisse, idque in templis præcipuè &
Sacerdotum curâ, argumentô est illud, quòd,
utut falsum, de Homero refertur: Eum ni-
mirum, cùm in Ægyptum venisset, librosq;
reperisset Phantasiæ fœminæ, quæ Iliadem
ac Ulyssæam scripserit, ac Memphi in templo
Vulcani deposuerit, hoc sibi ascripsisse, &
edidisse. ALEX. ab ALEX. *Gen. Dier. l. 11. c.*
xxx. literis prodit, Attalum & Eumenem,
Reges Troadis, nobilem illam *Pergamenam*
Bibliothecam, omniumque Sermone cele-
bratam, conquisitis undique exemplaribus,
hædinis chartis construxisse. Sic STRABO
L. XIII. *Eumenes instruxit urbem, & donariis*
ac Bibliothecis, uti nunc est, eleganter excoluit;
Conquisitis scil. ac descriptis in *hædinis pelli-*
bus,

Commentat.

bus, quæ a loco postea *pergamene* dictæ, undique libris, supra ducenta millia, ut VOLATERAN. indicat l. XIII. c. IV. *Anthrop.* Hinc, inquam, *Pergamenum*, est, *Pergami* urbe Troadis primò inventum, quod materia voluminis esse debuit Legis gemini, quod unum Rex Israëlitarum scribere tenebatur, ut quilibet privatus, alterum ut Rex, manūque propriâ, ut ad pietatem restringeretur arctiùs, ceu colligit SCHICKARDUS *de Fur. Reg. Ebr. c. II.* et Rabbinorum Coryphæus MATMON. hanc legem regiam explicat *Hal. Mel. init. c. III.* Requirebant verò superstitiosi homines devotionem quoque singularem in parando pergameno. Itaque à Christianis, vel Samaritanis, vel paganis, vel servis paratum non usurpant. MATMON. *H. Tpbill. c. I. v. II.* גויל וקלף של תפילין או של סֵת צדיק לעבר אותן לשמן ואם עברן שלא לשמן פסולין לביכך אם עברן הגוי ססולין אֵעפ שאמר לו לעבוד לשם הספר שהגוי על דעת עצמו הוא עושה לא על דעת השוכר: *Pergamenum* & *membranas*, tam *corrigiatarum* quàm *libri legis*, oportet *preparare* hoc ipso nomine:

de Bibliothecis.

mine: Si enim alio fine parantur, profana sunt. Itaque si paravit ea gentilis, inidonea sunt, quamvis jusserit in hunc usum parare, ut fiat liber; nam Ethnici parant intentione sua propria, non ad devotionem mercantis. Bella ratio Lunaticorum hominum, & mirum est, cur non penitus avertentur pergamenum, quòd inventum illud sit paganorum. Annon eodem modo profanaret legem pergameni prior inventio, quò profanat ejus posterior elaboratio? Sed ad Bibliothecas redeo, quas & illa *Susiana*, apud Persas celeberrima, nobilitat. Hanc consuluit Metasthenes Persa; cum de judicio temporum & annalium Persarum scribere vellet; in eam enim Annales Persarum fuerunt, vel ipso METASTH. teste in *Histor.* Apud Gracos, autore ISIDORO l. vi. Orig. c. iii. Pisistratus primus Bibliothecam instituisse creditur, Atheniensium Tyrannus, quem Homeri quoque libros, sparsos antè ac confusos, disposuisse commentatur JO. MEURS. in *Pisistr.* c. ix. sic enim ÆLIANUS *Var. Hist.* l. xiii. c. xiv. ὕστερον δὲ Πισιστρατῶ, συναγῶν, ἀπέφηνε τῶν Ἰλιαῶν

δα

Commentat.

Ἰα καὶ Ὀδύσσεω. *Epigrammata*. *anonymus*
Anthol. l. IV. c. IV. *in Epigr.* εἰς εἰκόνα πεισιγρά-
φου :

Τὸν μέγαν εἰς Βαλῆ πεισίγρατον, ὅς τὸν Ὀμηροῦ
ἠθροῖσα, ἀπογράψῃ τὸ πρῖν ἀεθόμενον.

Laude quoque & magnâ luce fuit *Bibliotheca*
Ptolomæi Philadelphæi: Cum enim hic in
animum induxisset omnium locupletissi-
mam & celeberrimam Bibliothecam insti-
tuere, Demetrio Phaleréo, à suis Athenis
exuli, maximam pecuniæ vim dedit, ut opti-
mis libris antecessorum suorum Bibliotheca-
cam adornaret. Sacros etiam Philadel-
phus libros, Chaldaicos & Ægyptios, Roma-
nos, aliosque diversilingves in Græcam o-
mnes converti curavit, ceu tradit GEORG.
CEDRENUS L. XXII. GALENUS. *in iii. Epidem.*
et l. de Hum. Nat. refert Ptolomæum, Athe-
niensibus penuriâ laborantibus, non prius
alimenta concessisse, quàm sibi Tragoedia-
rum Sophoclis, Euripidis & Æschyli, avto-
graphorum copiam fecissent, pro quibus ta-
men, præter vectigalium immunitatem,
quin-

de Bibliothecis.

quindecim talenta oppignoravit. Igitur cum ATHEÆNO referente *l. 1. c. 1.* Demetrius à Rege suo rogaretur, quotnam in Bibliothecâ libri essent? respondit, ducenta millia admodum, sed sperare brevi ad quingenta. Profectò ad septingenta millia venerunt, AGELLIO disertim scribente *l. VI. c. ult.* *Ingens numerus librorum in Ægypto à Ptolomæis regibus vel conquisitus (emptio- ne) vel confectus (descriptione) est, ad mil- lia fermè voluminum septingenta.* Nec in- digna hîc memoratu est *Bibliotheca Latina Græcâq; in Palatio*, ab Augusto instituta, de quâ notissimum allegat, TORRENT, *Horatii versum l. 1. Ep. III.*

tangere vitet

Scripta Palatinus quæcunq; recepit Apollo.

Atq; hæc à locò dicta *Palatina*. Fuit & alia *Octavia*, quam Augustus sororis suæ memo- riæ ac nomini dedicaverat. De ea DIO CASS. *in Actis Ann. DCC XXI. l. XLIX.* *Augustus Porticus & Bibliothecas, à sororis nomine O- ctavias dictas, extruxit.* Reperimus & *Ca- pitolinam Bibliothecam*, cujus auctorem asse-
b rere

Commentat.

rere non licet. Divinare nonnullis libet
Domitianum fuisse: Nam ille servatus olim
in Capitolio, templum sibi Princeps struxit,
quidni etiam Bibliothecam, de quâ uberius
OROSIUS *l. VII. c. XVI?* Taceo *Tiberii, Tra-*
jani, Vespasiani Bibliothecas: Videtur enim
mihi certamen in his Principum fuisse, &
velut contendisse de palmâ. Ecce *Tiberius*
in ipso Palatio etiam struxit eâ parte, quâ
Viam sacram spectat. Ecce videtur &
Vespasianus deinde struxisse & adjunxisse
templo Pacis. Fuit item à *Trajano* alia,
quæ à gentili Principis nomine *Ulpia* passim
vocatur, initiò in foro *Trajani* sita, sed post
translata in collem *Viminalem* ad ornan-
das *Diocletiani* *Thermas*. Cur illuc? Cre-
dit *LIPS.* *Syntagm. de Biblioth.* *c. IX.* quia cor-
pori curando otiosè tunc vacabant, igitur
occursum erat legendi aliquid, hominibus aliàs
occupatis, vel audiendi. Plures, inquam,
publicas non eruo Bibliothecas. Privatim
quoque Viri divites, usus & famæ causâ, sibi
pararunt. Primas tenet *Aristoteles*, de cu-
jus Bibliothecâ sic *STRABO l. XIII. Neleus,*
Cori.

de Bibliothecis.

Coristi filius, Aristotelem & Theophrastum audivit, & successor fuit Bibliothecæ Theophrasti, in quâ Aristotelica inerat. Nam Aristoteles & Bibliothecam & Scholam reliquit Theophrasto, & primus omnium quos scimus libros congregavit. Ideoq; ipse Aristoteles Ægyptiorum Reges Bibliothecæ ordinem docuisse perhibetur; ex ATHENÆO autem patet, ejus Bibliothecam tandem ad Ptolomæos venisse, etsi STRABO atq; Alii negare videantur. Romæ *Asinius Pollio* primus, Macedonum Rege devictô, de manubiis *Bibliothecam* dicavit, in quâ M. Varronis imaginem adhuc viventis pro cumulô magnæ gloriæ posuisse fertur ALEX ab ALEX. l. II. Gen. Dier. c. XXX. sicut Victorino, ob doctrinæ magnitudinem, viventi statuam populus in forô posuit. *Lucullus* deinde memoratur à FULVIO URSINO in *commentat. de Biblioth.* allegante quoq; eum ISIDOR. l. VI. c. III. ex Pontica præda *Bibliothecam* numerosam & ornatam comparasse, quam omnibus etiam peregrinis patere voluerit; autore PLUTARCHO in *Ejus Vit.* C. *Plinius*

Commentar.

*Secundus non solum Romæ, sed & Novicom-
mi, in municipio suo, Bibliothecas dedica-
vit, ut CATANÆUS in Vit. Ejus testatur. &
idem constat ex l. ii. Plin. Ep. xvii. Parieti
in Bibliotheca speciem armarium inseritur.
Fortè otii ac vacationis causà, ut ibi occasio
esset legendi aliquid. Nota, ait LIPSIUS
Commentar. in Senec. L. de Tranqvill. animi
c. ix. in locis secessuum aut exercitationum et-
iam Bibliothecas fuisse, ne usquam operari non
esset Musis. Hinc MARTIAL. l. vii. alterius
cujusdam Julii Martialis villaticam com-
mendat Bibliothecam:*

*Ruris Bibliotheca delicati,
Vicinam videt unde Lector urbem,
Inter carmina sanctiora si quis
Lasciva fuerit locus Thalia,
Hos videlicet inseras vel imo,
Septem quos tibi misimus libellos,
Auctoris calamo sui notatos,
Hæc illis pretium facit litura.*

Hæc de Ethnicorum, & publicis & privatis,
Bibliothecis. Nec minorem operam in
hunc diem impenderunt in Bibliothecis de-
dicandis Christianorum Principes, pace red-
ditâ

de Bibliothecis.

ditâ post tot perfecutiones & martyria.
Alexander Episcopus Hierosolymitanus,
EUSEBIO referente *Hist. Eccles. l. vi. c. XXI.*
nobilem Hierosolymis instituit Bibliothe-
cam, in quam priorum, post Apostolorum
tempora, Ecclesiæ Doctorum scripta repo-
suit. *Cæsareæ Bibliothecam* aperuit Julius
Africanus, quam ad triginta millia volumi-
num auxit Eusebius Cæsariensis & Pamphi-
lus Martyr, Laodicenus presbyter. Unde
& eam consuluisse se in rebus difficilioribus
HIERONYMUS testatur in *Ps. i. et c. iii. Ep. ad
Tit.* Inprimis celebris est *Bibliotheca Con-
stantini*, ut nomine, sic pietate Magni, de qua
extat *Epist. ad Euseb. Nicomed.* apud EUSEB.
l. iv. de Vit. Constant. Eam enim extruxit,
passim ingruentibus hæresibus ex orthodo-
xorum scriptis ac Interpretationibus Scri-
pturæ eò fine, ut hæretici facilius oppugna-
rentur, armis ex armamentario hoc petitis.
Atq; credibile videtur HOSPINIANO *de Orig.
Templ. l. iii. c. vi.* eundem Constantinum
prima jecisse fundamenta *Constantinopolita-
na*, ad Sophiæ templum, *Bibliotheca*, quæ

progressu temporis excrevit per *Theodosium Junio-
 rem* Imp. ad decem myriadas volumi-
 num. Æmulatus est Orientales Impera-
 tores *Carolus M.* qui Aquisgrani in palatio
 suo *Bibliothecam* dedicavit, & magnâ copiâ
 librorum exornavit. Quamquam autem
 post *Caroli M.* tempora studium hoc & cu-
 ra Bibliothecarum dedicandarum magis
 magisque à suis limitibus degeneraverit,
 Deus tamen, luce Evangelii renascente,
 summos studiorum Mæcenates excitavit,
 ut immensis sumptibus libros hinc inde
 cum blattis & tineis pugnantes, vindica-
 rent, & undiquaque conquirerent. Inde &
 ipsi Pontifices de Bibliothecis augendis se-
 riò cogitarunt. *Vaticana* natales suos de-
 bet *Nicalao V.* cujus liberalitatem, quâ in
 omnes est usus, maximè erga literatos,
 quos & pecuniis & officiis & beneficiis mi-
 rificè juvit, commendat *PLATINA* in *Ejus
 Vita*: Idem enim, ut *ÆN. STEVIUS* testatur,
 3000. volumina in eam condidit ex mem-
 branis, linteis, corticibus, & antiquâ Papy-
 rō, ut non dubitet *JO. BOTER. Op. Polit. Il-
 lustr.*

lustr. Tract. ii. de Orig. Urb. l. i. c. vi. illam superare Bibliothecam Ptolomæi. Sed & MIDDEND. *Academ. l. iii.* refert, Nicolaum V. per universam ferè Europam misisse Viros in omnium artium genere præstantissimos, qui veterum Scriptorum libros conquirerent, restituerentq; & quinq; ducatorum millia promississe, qui Matthæi Evangelium Ebraum afferret. De Sixto IV. commemorare pergit, eum Bibliothecam Vaticanam totò terrarum orbe celebrem, advectis ex omni Europâ libris, construxisse, certosq; proventus, unde custodes & Librarii Latini, Græci, Ebraici, menstrua salaria, quibus ali possent, haberent, libriq; alii emerentur, assignasse. Huc & pertinet Veneta Bibliotheca, tum Græcis tum Latinis literis instructissima, quam instituit Bessarion Cardinalis & Patriarcha Constantinopolitanus, eamq; Reipubl. Venetæ donavit, ut ipsemet fatetur in quadam Epist. Italicè conscriptâ, quæ Latinè inserta legitur *Centur. iii. Op. Subcis. CAMERARI c. LXXII.* Carmelitarum Londinensium Bibliothecam cæteras post se reliquisse parasangis

Commentat.

multis, ex LELANDO recitat. BAL. p. 571. Augustiniani etiam, autore Jo. Lowe, Bibliothecæ ibidem fecerunt initium. Jo. Tiptotus, Anglus, Italiæ Bibliothecas spoliasset dicitur, ut pulcherrimis Bibliorum monumentis exornaret. De Archipalatinâ, Heidelbergensi (heu quondam!) Bibliothecâ quid referam? Ejus Historiam ex ALTINGI *Hist. Palat. Msc. ἀυτολεξει* depromit Jo. HENR. HOTTING. *Hist. Eccles. N. T. Secul. XV. Sect. 1.* Nimirum Rodolphus Agricola, Vir in omni doctrinæ genere, non tantum Philosophico, Medico, Juridico, sed & Theologico exercitatus, autor fuit Episcopo Dalburgio, Cancellario Palatino, ipsi etiam Electori Philippo condendæ & colligendæ Bibliothecæ, & in eam contrahendi, quicquid meliorum autorum in Palatinatu, Germaniâ, ac Italiâ haberi potuit. Quod idem consilium Elector secutus Bibliothecæ locum destinavit, & quotquot boni Autores atq; probati essent, coëmi curavit ex Italiâ ac aliundè, ut deindè ad eruditionem aspirantibus non deessent adminicula doctrinæ.

næ. Unde Bibliotheca ab his principiis sic paulatim succrevit in eam amplitudinem, ut instructior & major non haberetur. Sed maxima pars ejus, in lamentabili Heidelbergæ direptione, à Duce Bavarix Leonis XVI. donata, & Romam translata est, ubi etiamnum asservatur. Habes, *FAUTOR COLENDE*, ea, quæ de exterorum Bibliothecis commentari volui, Tibi Bibliothecario fortè lectu non illepada. An autem *Electores nostri Sereniss.* studium hoc adornandum Bibliothecarum curaverint, non est, quod dubitamus. Luculentè illud comprobatur incomparabilis, quæ *Dresdæ* est, Bibliotheca Aulica maximis sumptibus tam splendide exornata, & quantum ad structuram ædificii, & quantum ad numerum librorum facit, ut meritò huc quadraret *Eppgr.* HEINSI *Gr.* in *Bibl. Batav.* olim non sine Musarum divino afflatu conscriptum, nunc autem *Bibliotheca Elect. Saxon.* inscribendum:

Commentat.

Ἡσυχίης πρυτανεῖον, ἐδ' ὅ νόσ, ὄρμος Αθῆνης,

ἴσον γυμνασίου, ναοῦ ἐλευθερίας.

Θνητοὶ αἰεὶ ζῶντες, αἰεὶ λαλέσσα σιωπῇ.

Vel ut quadraret huc etiam *Latina Inscriptio*,
ex WOLEI *Prelud. Interpr. Demosth.* imita-
tione quapiam deprompta:

PRYTANEUM. AUGUSTUM.

ELECT. SAX.

ANIMI. MEDICA. OFFICINA.

Nam:

*Phiditium quid Sparta suum? Prytaneica
Athenæ*

*Quid jactant? tantum non habuere
decus.*

Prytanéum quid fuerit PAUSANIAS aperit
in *Atticis*. Erat locus, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σολῶ-
νός εἰσι γεγραμμένοι καὶ θεῶν Εἰρήνης ἀγάλμαα
ἤϊται καὶ Ἑστίας. Et paulò post: Ἐν τῷ σιδήῳ
καὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἀψύχοις διηάζουσιν. Iden
propemodum locus cum Phiditio Spart-
norum: Bene meritos enim ibi quoq; di-

COI-

de Bibliothecis.

conſueviſſe ex *DIOG. LAERTIO* patet & ex
ATHENÆO L. XV. c. XIX. O igitur Te curæ
& quietis felicem, quem *SERENISS. ELECTOR*
Prytanei ſui *Præpoſitum* elegit, conſtituit,
præfecit! Grave eſt munus, & olim Gram-
maticorum, hoc eſt Literatorum: Nam
Bibliotheca Alexandrina poſt abitum *Deme-
trii Phalarei Bibliothecarius* præfuit *Calli-
machus* Historicus, filius *Batti*, cui ſucceſſit
proximè *Eratboſtenes* Cyrenæus, *Callimachi*
discipulus, qui primus univerſum totius or-
bis ambitum 252. Stadiorum eſſe prodidit,
unde & *orbis menſor* dictus. Secutus eſt
Apoltonius Rhodius, qui *Ariſtonium* Poëtam
Comicum ſucceſſorem reliquit. *Julia* Bi-
bliothecarius à *SVETONIO* traditur *Varro*;
Palatina C. Julius Hyginus, in Grammaticis
celebris, et *C. Julius Phronimus*, et *C. Julius*
Falyx, ut eſt in *Antiqu. Lapid.*

**C JULIUS. FALYX. A. BIBLIOTHE-
CA. GRÆCA. PALAT.**

Qui quales hi fuerint, Tuum eſt judicare,
meum nunc eſt *BONA VERBA DICERE*,
quod

Commentat.

quod priscis erat *FAVERE LINGVIS*. Sic *FESTUS*: *Faventia bonam ominationem significat. Nam præcones clamantes, populum sacrificiis FAVERE jubebant. FAVERE enim est BONA FARI.* Maeste hac tuâ Spartâ nobili, & quæ augendo vel ornando sunt *SERENISSIMI Prytaneio*, cogites cum æterno bono Tuo, simul & famâ. Novimus enim illud ipsum diuturnâ ambitione Te talem desiderasse, qualem Te indoles tua & solertia pridem fecit: *VIRUM suâ eruditione dignum & sibi natum.* Quare

Callimacho vel Apollonio Te jaçtet in Aula

Majorem Ensiferi Bibliotheca Virum.

Saxonis ô jaçtet se Bibliotheca beatam,

Phæbi quod præsit nobile plasma sibi!

Bibliotheca Tuis sis vivens! Saxonis omnî

Per Te succrescat Bibliotheca modò!



Voti-

FE-
gnifi-
sacri-
BO-
i, &
SSIME
Tuo,
osum
raffe,
dem
sibi
ula
m.
L,
i!
omni
!
C
oti-

Votiva
Quae sequuntur
**EPIGRAM-
MATA.**

Epigrammata.



S*Axo tibi Dux est, celebrat te Vena.
Quid ergo,
Si Te Vena juvat? Si Tua Saxo
juvat?*

*Ne titulis tantis adutus jure fuisti,
Stas quibus in terris, stas quibus inq; polis.
Maeste bonis animi! quem sic probitatis a-
galma*

*Adjuvat, hunc Pietas & pia Vena manet.
Faustiter acclamo: Tua, coelica Vena quot-
annis,
Teq; juvet Saxo Bibliothecophilus.*

συγχαρομεν
f.

Jacobus Weller / D.

V*iderit usq; suis cum Te impallescere chartis
Bibliotheca - Hellas, Bibliotheca -
Qviris,*

*Inde Tibi bellè concreditur, oscine cycno,
Aulica Rutigeri Bibliotheca Tholi.*

Maeste

Epigrammata.

*Maeste novâ hac spartâ ! favet Electorius-
Heres,*

*Perq; Te ut augetur Bibliotheca, monet.
Brehmius eximii fert hinc spectamen Ho-
noris,*

*Compare vestigat Te pede compar Ho-
nos.*

*Auguror, ut cordi hæc Tibi Bibliotheca futura,
Sic cor virtutum Bibliotheca tuum.*

Novello

Electoralis - Saxonico

Dn. Bibliothecario

Poëta atq; Adfines

illimi

Sebastianus Gottfried Starck /

**SS. Theol. Doctor, Pastor & Su-
perint. Freibergensis.**

Clarissimo Viro

DAVIDI SCHIRMERO,

Sereniss. Elector. Saxonix

â Cura Bibliothecæ

S. P.

Q **Væ Saxo SCHIRMERE Pater committit
& offert**

Felici auspicio regna capesse tibi.

Non

Epigrammata.

Non flectenda datur facilis plebs Attica
turbis,

Aut, qualem luxu fracte Canopus alis:
Non furtis gaudens Lacedæmone nata ju-
ventus,

